ITEM[d'].

XVIII. DE PERSONIS IUDICIORUM.

In iudiciis IIII debent esse personę: accusator, defensor, testes, iudex. Accusator uti debet intentione ad amplificandam causam. Defensor extenuatione ad minuendam. Testes veritate, iudex ęquitate.

Ben. Lev. 3, 339 S. 123, 33–37, in geänderter Fassung: Quot personae solent in iudiciis esse? Quattuor: accusator causae, defensor causae, testes, iudex. Quo quisque utitur officio? Iudex aequitate, testes veritate, accusator intentione ad amplificandam causam, defensor extenuatione ad minuendam causam.

ITEM[e'].

XVIIII. DE AGNATIS ET COGNATIS.

Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt. Cognati[f'], qui per femineum. Et ideo patrui vel patruorum||*81r 4375*|| filii et[g'] agnati sunt et[h'] cognati. Avunculi vero et avunculorum filii cognati sunt, non agnati.

Ben. Lev. 3, 341 S. 123, 46–50.

ITEM[i'].

XX. DE FALSA[j'] MONETA.

De falsa moneta iubemus, ut qui||*155 Bal.*|| eam percussisse comprobatus[k'] fuerit, manus ei amputetur. Et qui hoc consensit, si liber est, LX solidos componat; si servus, LX[l'] ictus accipiat.

Ansegis 4, 31, ed. SCHMITZ, MGH Capit. N. S. 1 (1996) S. 641f.

ITEM[m'].

XXI. DE HOMICIDIS AD ECCLESIAM FUGIENTIBUS[n'].

Homicidis[o'] vel ceteris reis, qui legibus mori debent, si ad ęcclesiam confugerint, nullus eis victus detur.

Ben. Lev. 1, 193 S. 55, 55–57.

d') *fehlt 1568 Bal.* e') *fehlt 1568 Bal.* f') cognati autem *Ben.* g') *fehlt 4375 (Rasur von zwei Buchstaben).* h') *statt* et *eingefügt* non *4375.* i') *fehlt 1568 Bal.* j') FALS *1568.* k') *korr. aus* cumprobatus *4375.* l') XL *4375.* m') *fehlt 1568 Bal.* n') CONFUGIENTIBUS *1568 Bal.* o') Ut homicidis *Ben.*